Wieczorkowski Stanislai: Quaestio theologica de subsistentia Dei absoluta.

QVÆSTIO THEOLOGICA

De Subſiſtentia DEI ABSOLVTA,

Ex Magiſtri Sententiarum Lib. 1. Diſtinct: 9. & 25.

DEPROMPTA.

Examinabitur, atque diſputanda publicè in Alma Academia Cracouienſi

A

M. STANISLAO WIECZORKOWSKI,

S. Th. Sententiario, & Profeſſore, Eccleſ. Collegiatæ

S. FLORIANI CANONICO,

Inchoante Lib. 1. Sententiarum explicationem.

Anno Magni Iubilæi 1651. Menſe Nouemb. Die 23. Horâ 15. Alijs autem diebus Horâ 21. Continuaturo: pro more antiquo à S. Facultate Theologica præſcripto, in Concurſu

PROPONETVR.

SVPERIORVM PERMISSV

Lectorio DD. Theologorum.

CRACOVIÆ,

Apud Lucam Kupiſz S. R. M. Typographum.

Quid est DEVS? Essentia, cuius nullus est author. Quid est Essentia? res quæ per se est, neque altero indiget ad hoc, vt ipsa subsistat.

S. Cyrillus Alexandrinus, & Anastasius in explic. fidei tom. 4. Bibliothecæ.

QVÆSTIO THEOLOGICA.

V. Jn tribus Perſonis Diuinis, realiter formaliter quòad Eſſe relatiuum ab inuicem diſtinctis: quòad Eſſe autem abſolutum entitatiuè identificatis, & conſubſtantialiter æqualibus: præter tres Hypoſtaſes reales relatiuas, ſubſiſtentia abſoluta, omnibus Perſonis eſſentialiter communicabilis, admittenda ſit, nec ne?

CONLVSIO I.

Tres Personæ Diuinæ, realiter formaliter quoad Esse relatiuum, ab inuicem distinguuntur.

COROLLARIA.

I. Personarum Diuinarum distinctio, Processiones duas reales, seu Origines ad intra, necessariò exigit.

II PATERNITAS *sub conceptu expresso Paternitatis, Primam in Trinitate Personam ab alia non procedentem, constituit.*

III. FILIATIO, *seu generatio passiua, prout Paternitati opposita, Secundam in Trinitate Personam, formalissimè constituit.*

IV. SPIRATIO, *seu processio passiua, vt formali principio spiranti opposita, Tertiam Trinitatis Personam, essentialiter constituit.*

V. VERBI DIVINI *processio, propriè generatio, non item Spiritûs Sancti, appellatur.*

CONCLVSIO II.

Trinitas, & Attributa eiusdem, cum Essentia Diuina, adæquatè identificantur

COROLLARIA.

I. Essentia Diuina per seipsam, & ratione sui est Ens à se negatiuè, omninò necessariò existens.

II. Es-

II. Essentiam Diuinam formalissimè sumptam, Personalitates, & Attributa omnia consequuntur.

III. Attributa, ab Essentia Diuina, & inter se, realiter formaliter, non distinguuntur.

IV. Essentia Diuina à suis proprietatibus, & operationibus, denominatur.

V. Una Persona Diuina per Circuminsessionem, seu reciprocam existentiam, in altera manet.

CONCLVSIO III.

Jnter Personas Diuinas, æqualitas perfectissima, & similitudo, est.

COROLLARIA.

I. Hæc æqualitas, & similitudo, extremorum distinctionem requirit

II. Relatio æqualitatis, & similitudinis, super ipsas relationes Personales fundata, non realis, sed rationis, dicitur.

III. In Deo, paris & eiusdem perfectionis est principiare generationem, atque eandem terminare.

IV, In Personis Diuinis, nulla prioritas, aut posterioritas, etiam intelligentiæ, conceditur.

V. Ordo tamen Originis, qui solùm est emanationis, & principij, nullatenus negari debet.

CONCLVSIO IV.

In Deo tres Hypostases, seu Subsistentiæ relatiuæ reales, dantur.

COROLLARIA.

I. Tres Subsistentiæ relatiuæ, tres res: & Naturæ Diuinæ propriæ, atq; Connaturales sunt.

II. Attamen de Essentia Deitatis, non sunt.

III In Deo, tres Subsistentiæ, siue relationes Personales, perfectiones non multiplicant

IV. Et ideò omnes tres Personalitates, maiorem perfectionem, quàm singulæ non important.

V. In Deo, Subsistentiæ relatiuæ, & Attributa omnia, nequaquàm accidentia, vocari debent

CONCLVSIO V.

Jn Deo, tribus Personis communi, Subsistentia absoluta, admittenda est.

COROLLARIA.

I. Jn Deo, licèt Subsistentia absoluta detur, in eo tamen quatuor Subsistentiæ distinctæ non sunt.

II. Subsistentia absoluta, est de Conceptu Essentiali Naturæ Diuinæ formalissimæ.

III. Attamen Subsistentia absoluta, Constitutiuum Dei formalissimum non dicitur.

IV. *Circumſcriptis per intellectum Perſonalitatibus relatiuis, Naturæ Diuinæ Hypoſtaſis non competeret.*

V. *In Deo Subſiſtentia abſoluta, ab Exiſtentia abſoluta diſtinguitur.*

DEO VNI, & TRINO, HONOR, & GLORIA.



Sub felicibus auſpicijs.

Perilluſtris Adm. Reu. & Magnifici Dñi.

D. IACOBI GORSKI,

I. V. Doctoris & Profeſſoris PROTONOTARII APOSTOLICI

Eccleſiarum, Cathedralis Cracouienſis CANONICI, & Collegiatæ Omnium Sanctorum

C V S T O D I S,

Atque ſtudij Vniuerſitatis Cracouienſis,

GENERALIS RECTORIS

Vigilantiſsimi.